



88

ORATIO,
DIVÆ MEMORIÆ,
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI,
DN. FRIDERICI
WILHELMI,
MARCHIONIS BRANDEN-
BURGICI, S. ROM. IMPERII AR-
CHICAMERARII ATQVE ELECTORIS, SU-
PREMI BORUSSIÆ, MAGDEBURGI, JULIACI,
CLIVIÆ, MONTIUM, SEDINI, POMERANIÆ,
CASSUBIORUM, VANDALORUM, AC IN SILESIA
CROSNÆ ET SVEBUSII DUCIS, BURGGRAVII
NORIMBERGENSIS, PRINCIPIS HALBERSTA-
DII, MINDÆ ET CAMINI, COMITIS IN HOHEN-
ZOLLERN, MARCÆ ET RAVENSBERGÆ,
DOMINI IN RAVENSTEIN, LAU-
ENBURG, ATQVE BÜTAU,
&c. &c. &c.

IN ACADEMIA WITTENBERGENSI
HABITA

FESTO SS. TRINIT. IN TEMPLO
CATHEDRALI

A

FRIDERICO AUGUSTO *Quedecken* /
HALL. SAX.

WITTEBERGÆ,

Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.
ANNO CHRISTI MDC LXXXIIX.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

DN. FRIDERI-
CO III.

MARCHIONI BRANDEN-
BURGICO, S. ROM. IMPERII AR-
CHICAMERARIO ATQVE ELECTORI, SU-
PREMO BORUSSIÆ, MAGDEBURGI, JULIACI,
CLIVIÆ, MONTIUM, SEDINI, POMERANIÆ,
CASSUBIORUM, VANDALORUM, AC IN SILESIA
CROSNÆ ET SVEBUSII DUCI, BURGGRAVIO
NORIMBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTA-
DII, MINDÆ ET CAMINI, COMITI IN HOHEN-
ZOLLERN, MARCÆ ET RAVENSBERGÆ,
DOMINO IN RAVENSTEIN, LAU-
ENBURG, ATQVE BÜTAU,
&c. &c. &c.

DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME AC POTENTISSIME
ELECTOR,
DOMINE CLEMENTISSIME.



AD Deos accedere vacuis manibus ne-
fas quondam ducebat antiqua pietas;
Ut numina propitia sibi redderent mor-
tales, dona illis ferebant ubere sinu; Te
coram, **DOMINE CLEMENTIS-**
SIME, qui Patriæ Deus atque summus Protector
merito nunc audis, dum mihi aditum ad **TUAM**
CLEMENTIAM sterno, qui aliter comparere de-
bui aut potui? Sed offero munus chartaceum, quod
quamvis ex tenui admodum ac sterili solo enatum,
gratum tamen omnino **TUÆ SERENITATI**
futurum autumavi. Ingenuè equidem fateor, le-
visimas has pagellas minime dignas esse, quæ ad pe-
des **TANTI PRINCIPIS**, qui non nisi maxima
adamare novit, humillimè ponantur; Verum com-
mendabit eas forte aliquà ex parte illustre, quod si-
bi elegerunt, argumentum, quippe quod Tuæ **SE-**
RENITATI nunquam displicere poterit; Est il-
lud Serenissimus **PARENS Tuus MAGNUS IL-**
LE FRIDERICUS WILHELMUS, quem
jam humanis rebus exemptum querimus. Provo-
cavit

cavit me pietas, DOMINE CLEMENTISSI-
ME, ut perquam dolendum illius obitum calatis hu-
jus Academiae comitiis publicè deplorarem, ac lau-
des ejus recitare auderem impar præco; Hoc pieta-
tis lugubre Officium jam TUÆ SERENITATI
devotissimè sacro, inter prima felicitatis meæ incre-
menta habiturns, si illud clementissimis oculorum
radiis illustraveris; Apprecor in simul humillimè in-
ter novi Regiminis initia FELICITATEM, GLO-
RIAM, TRIUMPHOS; Servet Te Tervene-
randa Divinitas, quæ Te nobis dedit, & omnia mala
potenter averruncet; Sic virescet semper vernantis
instar floris salus publica, & tot amplissimæ Regio-
nes tuâ adjutæ clementiâ magis magisque splende-
scent; De cætero DOMINE CLEMENTIS-
SIME, accipe hæc, quæ jam offero in æternum hu-
millimæ observantiæ testimonium, & Clementer e-
um respice, qui nihil magis optat; quam Divinâ Tuâ
Clementiâ beari; Hæc sola enim summa mihi in his
terræ beatitudo, summum bonum, imo maxima in
totâ vitâ felicitas erit, qui sum & ero semper

SERENITATIS TUÆ,

Wittebergæ d. XXIX. Junii,
Anno MDCLXXXIX.

Humillimus Adorator

Friedericus Augustus Suedecæ,



RECTOR
 ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS,
ANDREAS
SENNERTUS,
 LINGVARUM ORIENTALI-
 UM PROF. PUBL. ACADEMIÆ
 SENIOR, &c.

CIVIBUS ACADEMICIS
S.P.D.



SI, qvantam meruit jam diu
ultrà secula septem Domus BRAN-
DENBURGICA in universum gloriam
famamqve , tantos etiam ab Imperio hoc
Romano, proprio Germanis, fructûs ferre semper po-
tuisset, mirum eqvidem haud foret cur Ordines omni-
nò omnes, sacrosanctum caput Cæsar maximè, certa-
tim instaurarent illi præmia. Tametsi culmini Augu-
sto ejus, Regio æquivarandam (Reges enim Electo-
res-Principes ab Augustissimis Imperatoribus, incom-
parabili nimirum MAXIMILIANO I. CAROLOQVE IV. &
inprimis V. maximo post Magnum, salutatos esse no-
vimus,) nil addi posse videatur; refert tamen, ad me-
moriâ posteritatis conservare merita illustriora illu-
strissimis. Jam tempore HENRICI AUCUPIS, adversus
irruentes sæpe barbaros, SORABOS, VENETOS, SLAVOS-
QVE alios, Imperii, ad oras MARCHIÆ ac SAXONIÆ, cu-
stodes constituti BRENNI illi Antiquissimi, in ZOL-
LERANIS etiam Comitibus, RUDOLPHO, OTTONE, FRI-
DERICO I. II. & sequentibus ad EITEL-FRIDERICUM, (qui
CLEMENTIAM RUDOLPHO I. Cæsari ex Habspurgen-
sibus, Sororem junxit Conjugem,) Heroës inclyti. Ab
hoc SEMPER-AUGUSTO consanguineus Imperatoris di-
ctus in Cæsarea peculiari tabula, *Gemundicæ* publi-
cata Anno 1281. Noribergensium Burggraviorum mu-
nus atqve dignitatem jure non, ut ante, beneficiario
& revocabili, sed in hæredes transituro, & cum eo pa-
cis

cis publicæ custodiam, in controversiis civilibus vicariam Imperatoris potestatem per judicia provincialia in terris regionibusque destinatis exercendam, reportavit. Prima, inter Principales Domos, BRANDENBURGICA elogiis magnificis ornata legitur in operibus *Gylmanni*, & donata minerarum omnis generis immunitatibus & privilegiis à CAROLO IV. gloriosæ recordationis Principe. Deficeret & charta nos & dies, si per Annales retrò longius iremus, ostensuri, HABSPURGENSES inter atque ZOLLERANOS Comites arctissimam necessitudinem intercessisse olim, à MERANIORUM Ducibus, ab ALTORFENSIBUS, KYBURGIIS, & GVELPHIS vetustissimis amplificatam latè. Verum enimverò possint aliis videri nimium remota hæc à laudibus exempla, diuturnitate temporum detrita; cum in unico FRIDERICO GVILIELMO MAGNO universæ singulorum Domûs Brandenburgicæ miraculorum dotes præsentissimè appareant. Quinimò, si nil esset aliud, quò Domui BRANDENBURGICÆ, Augustæ illi, fateretur se Germania devincta, solus is, qui nuper memorabili cum pietate providentiæque valedixit his terrenis, propior jam septuagenario, sufficeret divinus Heros. Intra Annos undequingvagina tot tantasque res rarissimo successu gessit; ut, qui facta legerit ipsius, non unius seculi agnoscat faciem. AUGUSTUM Cæsarem Tranquillus autor est, *lateritiam invenisse Romam, sed marmoream in morte reliquisse.* Fallimur? an, quas vicesimo ætatis anno regiones, inter arma nullibi non circumstrepentia, exhaustas vastatasque bello diuturno adiit hæreditariâ successione FRIDERICUS GVILIELMUS, non solummodò pacatas, sed florentes etiam, ac strenuè assertas, contra quosvis hostium insultus,

) (2

plu-

plurimisqve Principatum accesfionibus, Borusfiæ fu-
premo axiome, Germaniæ primatu auxit Magde-
burgico? Cum exteris congressus pariter Monarchis
pluribus, inprimis Thracio, & inter Scythas Sarmatasq;
olim victos circumvolitavit medius; nec, nisi fortitudinis
relictâ admiratione, cesfit. Usqve adeò in Orientem So-
lem & meridiem illius fama longè didita extendeba-
tur gloriosè. Ad volumina & vasti operis contextum
pertinent, quæ Artis pariter ac Martis monumenta
vulgò audiunt, à Magno hoc Octoviro erecta. Se-
paratim bellicas res gestas & virtutes, in compen-
dio duntaxat tamen, referet cum laude, atqve impetratâ
nuper veniâ in Templo Arcis Academico, ad pomeridia-
nam III solenni ritu recitabit hodiè, Juvenis ingenio
& eruditione Florentissimus, FRIDERICUS AU-
GUSTUS LÜEDECKE, Halensis Saxo. Proban-
dum maximè hoc pietatis debitum, nec committen-
dum unqvàm, ut memoria divinisfimi Herois postero-
rum gratæ recordationi subtrahatur. Non tam saxi,
marmore, ac perenni ære, quàm æternitate literarum
& ingeniis per ora volitant & auras Principum Ma-
gnorum merita. Vos ergo, CIVES ACADEMICI,
adeste frequentissimo confluxu postea, peractis ritè sa-
cris pomeridianis, vota nuncupantes Numini pro Do-
mûs utriusqve conjunctissimæ, SAXONICÆ &
BRANDENBURGICÆ salute publica! Hoc enim
tempore, quo Successori novo, FRIDERICO
TERTIO, ELECTORI Serenissimo ac Potentis-
simo obsequiosæ voces, & cum precibus redduntur
gratulationes omnis generis à Suis, nec à nostra alie-
num pietate est, applaudere. P. P. Festo ipso SS.

TRINITATIS, Anno reparatæ gratiæ,

clò lbc XXCVIII.

f.

G. C. KIRCHMAJER.

Als
 Wegen Höchstbetrübliehen
 Absterbens
 Des Durchlächtigsten / Großmächtigsten
 Fürsten und Herrn /

Herrn Friedrich
 Wilhelms /

Marg = Graffens zu Brandenburg /
 des H. Röm. Reichs Erb = Cammerers und
 Chur = Fürstens / in Preussen / zu Magdeburg / Jülich / Cleve
 und Berg / Stedtin / Pommern / der Cassuben und Wenden /
 auch in Schlesien / zu Crossen und Jägerndorff / Herkogen /
 Burg = Graffen zu Nürnberg / Fürsten zu Halberstadt / Min-
 den und Camin / Graffen zu der Marck und Ravensberg /
 Herrn zum Ravenstein / wie auch der Lande Lau-
 enburg und Bütaw / ꝛ. ꝛ. ꝛ.

Under Schloß = Kirchen zu Wittenberg /
 Seine Trauer = Rede

Durch
 Friedrich August Luedecken
 abgelegt wurde /

Hat selbiger zugleich nachfolgende Arien
 bey einer angestellten Trauer = Music
 wollen absingen lassen.

•••••

Druckts Matthaus Henckel / Univers. Buchdr.
 Im Jahr Christi 1688.

Handwritten text in a Gothic script, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher.

Handwritten text in a Gothic script, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher.

Handwritten text in a Gothic script, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher.





ARJA /

So für der Oration gesungen worden /

In welcher /

Der grosse Verlust / den das Durch-
lauchtigste Haus Brandenburg und selbigen un-
terworfenen Länder durch den Todes-Fall des Groß-
mächtigsten Chur-Fürsten erlitten /
vorgestellet wird.

I.

Vhr Herren/die ihr recht die Hohen
Häupter ehrt /

Und ihre Tugenden mit Demuth
liebet /

Kommt her und schaut / was icht der Todt verübet /
Und wie sein herber Grimm des Landes Heyl
versehrt /

Ah! Ah! es liegt erblaßt ein Aufbund
rechter Fürsten

Den man stets sah' nach Ruhm und
Ehre dürsten.

) (

Der

m

II.

Der Held / den alle Welt geliebt und hoch
geacht/
Den seine Feinde auch selbst rühmen müssen/
Wird uns anitzt / O Herber Schmerz !
entrisen/
Der für der Seinen Flor und Wohlstand
statts gewacht
Dem werden nun betriibt die Augen zgedrückt/
In was für Noth hat uns der Fall verstricket!

III.

Du theures Brandenburg / du Zier-
de dieser Zeit!
Dich hat das Unglück recht zum Ziel gewehlet
Indem man sieht den Grossen Brink
entselet ;
Der Sein Durchlauchtigst Haupt
hat in so manchen Streit
Zu seines Landes Schutz mit höchsten Ruhm
gewaget/
Hat schmerzlich dir nun gute Nacht gesaget.

IV.

Wir sehen dich erstaunt izt schlagē an die Brust/
Und nach dem Himmel zu viel Seuffzer senden/
Wie ächbestu und rinaest mit den Händen/
Weil Friedrich Wilhelm stirbt / der deine
höchste Lust

Den

Den Feindē aber stets ein schneller Blick gewesen/
Da der von Gottrecht war zum Schutz erlesen.

V.

Sein unverzagter Muth / der unver-
gleichlich war/
Hat in erwünschten Stand das Land gesetzt/
Drum wird mit Recht sein Leichnam ist genehet
Durch eine Thränen - Fluth auff seine Trau-
er - Bahr /

Die Danckbarkeit zünd an das Opfer bitterer
Schmerken /

Altäre seynd der Unterthanen Herzen.

VI.

Was überirdisch ist / das eilt dem Himmel zu /
Drum gehstu Grosser Fürst von dieser Erdē
Und wilst recht groß dort bey den Sternē werdē ;
Dein Todesfall ist nur zu nennen eine Ruh /
Du stirbst / und stirbst doch nicht / unsterblich nach
dem sterben

Ist der / der sich kan solchen Ruhm erwerben.

VII.

Die Erde ist nicht mehr des schönen Glanckes
werth

Der stāts so wunderbahr sich blicken lassen /
Drum will Ihn ist der Himmel in sich fassen /
Noch bleibt sein Nahme noch bey aller Welt
geehrt ; (den

Die Seele lebet dort / der Ruhm bey uns auff Er-
Wohldem / der so kan unvergänglich werden.

)(

AKZA

ANNA/
So nach der Oration gesungen worden/

In welcher

Die Gültigkeit des Höchsten/ so er durch
Ersekung des erlittenen grossen Verlusts dem
ganken Chur- Fürstenthum erwiesen/ vorgestellt/ und zugleich
dem iekt regierenden Durchläuchtigsten Chur- Fürsten
glückwünschend zugeruffen wird.

I.

Gemuntre dich! Du Höchstbe-
trübtes Land!

Das man iekt sieht in Jahren fast zer-
fliessen/

Es will dir ikt des Höchsten milde Hand
Durch reichē Trost den bitteren Schmerz versüssen
Dem da ikt deine Landes- Sonne

Sich senckt in eine Thränen- See/
Läßt er dir scheinen neue Sonne/
Die dir kan stillen alles Weh.

II.

Was du verlierst wird herrlich iekt ersetzt/
Indem ein Prinz den Scepter wieder
führet/

Der ebenfalls an Tugend sich ergößt/
Und welchen stäts der Klugheit Purpur zieret/

Sein

Sein muntre Geist hegt solche Flammen/
Für welchen selbst der Feid erschreckt/
Wenn Muth und Jugend stehn beyammen/
Liegt bald der Feinde Nacht gestreckt.

III.

Ein Friedrich steigt nunmehr auff den
Thron /
Den ikund muß dein Friedrich Wilhelm
lassen/

Dem Vater folgt ein gleich so tapffrer Sohn/
Und der sich weiß in allen wohl zu fassen /
Drum preise doch des Himmels Güte!

Die stäts so wohl dein Wohl bedenckt/
Es muß in Herze und Gemüthe
Ein stäter Dank seyn eingeschränckt!

IV.

Dein Adler wird dir ietzt wohl recht verjüngt
Indem dir Gott den zum Regenten giebet/
Der rühmlich sich / dem stäts zu folgen zwingt/
Was iemahls hat dein Seelger Held beliebt /
Er erbet mit der Chur die Jugend /
Und mit der Jugend allen Ruhm/
Ja selbe ist schon in der Jugend/
Gewesen längst sein Eigenthum.

V.

Drum dancke Gott / du höchstbeglücktes
Land !

Daß seine Guld mit solchen Glanz geschienen/
Und mitten in den Trauer-vollen Standt
Zugleich dein Glück hat wieder lassen grünen /

Er überschütte statts mit Segen
Den Brink / der ikt so klug regiert /
Es werde nichts auff seinen Wegen
Als lauter Glück und Heyl verspührt.

VI.

Es muß allzeit der Grosse Friedrich
blühn /
Den Preussen nun als seinen Schuß-Gott
preiset /
Dem Magdeburg samt Minden und
Lamin

Fußfällig ikt die höchste Ehr erweist /
Für dem man Pommern sieht sich neigen /
Den Jülich / Clev und Bergen ehrt /
Dem sich die Wenden dienstbahr zeigen ;
Es werde statts sein Ruhm gemehrt.

VII.

Vollkommner Fürst ! dem die voll-
komne Zahl
Nicht wird umsonst zum Nahmen ikt gesetzt /
Es fröhne Dich des Glückes heller Strahl /
Gott gebe Dir was nur dein Herß erget ;
Es schencke Dir stets Sieges-Fahnen
Des Himmels Gnad und Gütigkeit /
Du Labfal aller Untertanen /
Du Muster der Vollkommenheit.





31
27
(2u 28)

ÆTERNITATI.
GLORIÆ. BRANDENBURGICÆ.
INCOMPARABILI. EXEMPLO. PARTÆ.

A
FRIDERICO. GUILLI-
ELMO. MAGNO.
QVO. MAJOREM. QVOAD. FLORUIT.
NON. HABUIT.

AUGUSTA. DOMUS.
PYRAMIS. ELABORATA. SURGAT.
INTER. CEDROS. MONUMENTA.
ERIGUNTOR.

IMMORTALIBUS. VIRTUTIB. EJUSDEM.
FAMA. VOLUCRIS. EBUCCINET.
PRÆCONIA.

EXPONAT. SOLI. NEQVE. SOLI. SOLO.
TOT. MIRACULA.

AD. THEATRUM. LUCTUS. SOLEMNISSIMI.
GERMANIA. CONCURRIT. UNIVERSA.
CONSCIA. MARCHIÆ. BRANDENBURGICÆ.
ANTIQUÆ.

TEMPORE. OTTONIS. III. IN. HUGONE. SVO.
ATTREMIT. ITALIA.
NEAPOLI. AC. BENEVENTO. LUCTUOSIS. TESTIBUS.

a

Bo-

Borussiae Curlandiaeq; plures
Maximaeqve Regiones moerent.

Innumeræ propemodùm myriades
Per Marchias , Magdeburgensem , Juliacens.
Cliviae , Montium , Stettinens. Pomeranor.

Cassubior. Venedor. in Silesia Crosnae
Svibusiq; Ducatûs ,

Halberstadii , Mindæ & Camini Principatûs ,
Comitatûs Hohenzolleran. Marcae ,
Ravensbergæ ,

Dynastias Ravenstein , Lauenburg & Büttau ,
Collugentium per singultûs atqve lacrymas
Cùm non exæquare , aut metiri valeant

Inæstimabile amissum bonum ,

FRIDER. GUILIELM.
MAGNUM,

Flumina celebriora ipsa (ne de pluribus dicamus,)
Rhenus, Albis, Vistula, & Viadrus,
Exundationibus inusitatis, hoc inprim. tempore
Deplorant.

Ut consensisse rerum Elementa scias,
Paucis, ante obitum divini Principis, diebus
De Coelo, Septentrionem versus,
Wittebergæ servatus

Glo-

Globus igneus, per aëra delapsus ;

Phænomenon rarissimum extinctionem

BRENNI intimando antecesserat.

Mors vitæ respondebat, gloriosa gloriosæ.

Imperatorem stando mori oportere, noverat :

Verfando in corona circumstantiū Administror.

Ad supremum ferè halitum

De sacris, de civilibus, de militaribus

Consilia magnifica Augustum dispensantem,

Spectare nuper in extremis licuit Potstamii.

Divinitus vocandus jam ad Coelum suum,

Unde erat, repetendum,

Numini Æterno commendabat

Animam sublimem, Serenissima cum Coniuge

Familiam Augustam suam,

Hæredem Filium inprimis,

FRIDERICUM

TERTIUM,

Pertotregnū superantes regiones

Successorem Clementissimum :

Tandem Ordines & obseqventes omnes,

Ad dimidium pænè seculum

Potenter atqve sapienter rectos.

Singulorum merita laudabat:
Caducis animoso pectore valedicebat
Principum Bonorum Optimus.
Erit fanè, cur in posterum,
Nec ad Augusti, nec Trajani Cæsaris,
Sed ad sui olim Principis exemplum,
Comprecentur, fausta omnia voventes:
Ne sis melior, ne sis felicior,
In his oris,

**FRIDERICO GUILIELMO
M.**

Plerumq̄ve hoc Europæ cultioris
Admiratur, stupet, veneratur
Gesta Maximi Herois.
Fatigabitur accuratissimus Historicus,
Enarraturus illa verè:

Macerabit se ingeniosus Vates,
Tot Heroica decantaturus;
Orator, quisquis est, non assequetur
Digna tanto Lumine verborum lumina.
Testabitur hæc Noster LÜEDEKE.

Qvidni ego obmutescam?
Cliens natus Brandenburgicus,
GEORGIUS CASP. KIRCHMAJERUS.



Q. D. B. V.

Illustris hujus Leucoreæ
RECTOR MAGNIFICE,
PATRESQVE ACADEMIÆ CONSCRIPTI,

VIRI

Summè Reverendi Consultissimi, Experientissimi,
Excellentissimi, Præclarissimi, Doctissimi,

Tuq;

Florentissima Civium Academicorum
Concio.

SI quid est in splendidi-
 dissimô hóc mundi Amphitheatrô,
 quod sensibus hominum
 adblandiatur, eorumqve animos
 attrahat promoveatqve **BONUS**
 sine dubiô **PRINCEPS** est, quem
 summô jure orbis amorem Impe-
 rator **TITUS VESPASIANUS** ap-
 pel-

pellavit; Ut enim nihil crudelitate ac tyrannide remotius à DEO est: Ita nihil benignitate & clementia vicinius, ut nullâ re aliâ Principes Deo propiores fiant, nullâqve magis illi asfimentur. Quid non efficit clementia Principis ac mansuetudo? Cives atqve socios omnes, ita illi devincit, ut eum non secus ac Parentem liberament, pro ejus vitâ atqve incolunitate vota Deo faciant, pro eodem caput summis periculis opponere sangvinemqve profunderè minimè dubitent; Nec majori quicquam splendore ornat Regna Regionesqve quam Princeps in quem Virtutum confluxerunt decora: Qui justitiæ tribunal, qui pietatis ara, qui consilii oraculum, prudentiæ delubrum moderationis domicilium, qui humanitatis penu mansuetudinis sacrarium, fortitudi-

dinis sedes, & ut verbo exprimam,
Palatium virtutum est. Tunc de-
mum benè beatèqve agunt illi for-
tunæ Filii, quos illa ex utero ad
purperam vocavit, si dum sum-
mam inter homines dignitatem
assequuntur, ut sint dignissimi sum-
moperè laborant: Et ô felices illos
incolas! Quibus Principis sui egre-
gia virtus speculi instar est lucidis-
sima, in quò se vitamqve suam con-
templari possunt, & tanquam ad
Regulam aliquam accuratissi-
mam exigere.

Rarissimo splendore nobis ha-
ctenus instar stellæ primæ Magni-
tudinis emicuit FRIDERICUS
WILHELMUS Serenissimum
illud DOMUS BRANDENBURGICÆ Si-
cus Fuit Ille seculi nostri non Gen-
tium solummodo suarum decus
ac illustramentum, in Quò ipsò
natura aut verius naturæ parens

tanquam in Compendiō aliquō
dotes suas hinc inde per humanum
genus sigillatim dispersas univer-
sim nobis exhibere voluit. Sed
FUIT! Heu! quam inenarrabilem
dolorem vox hæc excitare potest!
Horreo & hæreo, dum Atlantem
illum, qui humeris suis patriæ &
Imperii salutem tam feliciter tam
fortiter fulcivit, mortis tyrannide
dejectum video. Qui mœror me-
tusque, quæ trepidatio & sollicitu-
do omnium animos jam obruit &
universam anxiam habet Rempu-
blicam; Amisit enim in Eo tantum,
quantum possidet, & tantum lu-
geret in quantum humani animi
dolor intelligi à quoquam potest.
Nunquam obliviscitur fortuna mo-
ris sui, & Solita ludere pertinax a-
mara lætis & ista vicissim miscet tri-
stibus; Nemo non hæctenus felices
deprædicavit DOMUS BRANDEN-
BUR-

BURGICÆ Ditiones , quod sub re-
gimine tanti Principis tanta incre-
menta caperent; Verum quo nunc
prolapſa ea eſt felicitas? Verba de-
ſunt rebus infinitis , nec ſe animus
explicare valet mœrore maximô
confuſus atqve debilitatus.

Et utinam fas mihi foret R. M.
Patresqve Acad. conſcripti Vos-
qve Audit. OO. Honor. horrore fa-
cri ſilentii immenſum obſignare
luctum , qui nunc me occupat &
coqvit: Sed pietas quam PATRI
PATRIÆ debeo, deplorandi neces-
ſitatem hanc impoſuit in præſens;
Cum enim illa triftiſimô, hoc tem-
pore omnis ætatis omniſq; ſexus
ora in laudes grates & varia exe-
qviarum genera laxet, ego quoq;
de laudibus HEROIS DIVI verba
facere & infantia potius quam ſi-
lentii crimen ſuſtinere præopta-
vi; Grande fane ambiguumq; ne-
B go-

gotium suscepi, quod tamen par-
tenon minimâ sublevabitis, si di-
centem me benevolè audietis pre-
tiumq; Orationi, quod præter pie-
tatem non habet attentione Ve-
strâ facietis.

Quibus autem laudibus quibus
Encomiis nunc celebrabo PRIN-
CIPEM DIVINUM, qui sine exemplò
maximo omnibus exemplo est?
Non si Tulliana mihi sit facundia
aut eloquentia Demosthenea ad
præclarissimas res gestas suffice-
rem narrandas; Gloria enim quæ
totius Orbis oras, longè lateqve
pervagata est, nullis terminis cir-
cumscribi, nullisqve Orationis fi-
nibus includi potest; Si ab Heroi-
cis Parentibus eum æstimare cu-
pias miraculum videtur, si à reliquis
majoribus, est incomparabilis, si ab
ipsomet optandus semper erit atq;
desiderandus.

Ut

Ut verò de Ortu splendissimi hu-
jus politicò in cœlo solis hæc com-
memorem, qvintus FEBRUARII dies
ANNI hujus seculi VICESIMI faustus
ille felicissimusq; fuit, qvò AUGU-
STALES DIVI NOSTRI PRINCIPIS
CUNAS orbis primum salutavit; Na-
tus est patre GEORGIO WIL-
HELMO Magni ac æterni nomi-
nis Principe, cujus insignis in suos
amor gloriam meretur immorta-
lem; Matre verò ELISABE-
THA CHARLOTTA, Illu-
strissima ad Rhenum Palatina. Soli
lucem foenerari viderer Auditor.
OO. Hon. si ultra tantos natales
laudes illas etiam angustæ oratio-
nis limitibus jam capere auderem.
qvibus Avos Nostri, Proavos, A-
bavosq; Brandenburgicos Electo-
res potentissimos in cœlum usque
qvo recepti sunt, tot secula extol-
lunt, altiusq; profeqvetur posteri-

B 2

tas

tas; Principium quoque origines æ-
que ac fluviorum moderatius exa-
minandæ sunt; Has si ultra scatu-
riginem inquisiveris, ad mare Te
deducent in quo Vastitas immensa,
initium nullum: Sic ad PRINCI-
PIUM incunabula admissus ulteri-
us progrediendò finem non inve-
nies, initiò non inventò, nec facile
inveniendò.

Fuit autem NOSTER à teneris
annis tam religiosè principaliterque
educatus, ut nihil placere posset, ni-
si quod virtutum respondere vide-
retur regulæ; Juventutem Ejus au-
la fovit, ut cujus culmini succeda-
neos aliquando supponeret hume-
ros, Ejus jam tum consuetudine
avesceret; Induravit ibi corpus
mentemque decentibus PRINCI-
PIUM exercitiis, sequè iis instruxit
documentis, quæ grande illud ne-
gotiorum in Aulâ Volumen sup-
pe-

peditat: Omnia quæ ab Ipso age-
bantur, Magnum Orbi Principem
spondebant, qui SAPIENS, PRUDENS,
FELIX, VICTOR, TRIUMPHATOR
foret; Est quidem aliqua laus, fui-
se vel Æneæ Julum vel Priami He-
ctorem vel Jovis Herculem, tamen
ille Julum spe crescentem vel He-
ctores pectore fortes vel Hercules
virtute Masculos Unus æqvavit o-
mnes, PRINCEPS, qui eâ gloriâ
florete quam nulla temporis cir-
cumscriptio metietur, quiq; ea vir-
tutis fama viget, quàm ipsa immor-
talitas excipiet, seu potius, quæ i-
psam immortalitatem superat.

Tradebantur tandem ipsi Ele-
ctoratûs Insignia cum summâ in re-
gionibus suis potestate, cum annô
hujus seculi quadragesimô nonô
SERENISSIMUS EJUS PARENS concef-
fisset fati; Detonabant undiqve
bellorum tempestates, armorum-
C qve

quæ stridore universa Europa circumstreperebat, ut Ipsum ruitura ferè pondera turbatamque ratem subire oporteret; At Ipse, ut militares Stationes in excubiis contra hostem, ita in perpetuam Reipublicæ vigiliam erat, & unam veramque cura sic complectebatur universos suos, ut ambiguum fuerit in ipsius ditionibus, deberet ne Illi magis Mars an Musa? Nobilis an Populus? Miles an Mercator; Imò talem initiò regiminis sui statim Se exhibebat, ut Ejus gratiam Respublica optare potuisset occasionem quam Autore Tanto restauraretur, & ut hic PRINCEPS novus Conditor ac Parens foret.

Duo sunt comprimis, Audit. Honor., quibus Principis autoritas nititur potissimum, SAPIENTIA PACIS ET ARMORUM VIRTUS: Harum, quæ & jamdum MAJORES Ejus semper

piternâ gloriâ illustrârunt, Hæres
NOSTER ex affefuit, ac ita eas exco-
luit, ut Gloria Ejus MAJORUM laudi-
bus longè antecellat; Ille verus Pa-
ter Patriæ ipsaq; Clementiæ ima-
go ac natura, terror hostium, vasti-
ties & fuga, quos sæpe adventu so-
lò ac nomine difflavit; Qui virtu-
tem semper comitem inter pedif-
feqvas fortunam habuit, qui pro-
cellas omnes ac fatales suis tempe-
states Majestate Nominis discussit,
prudencia sedavit, imo Cujus co-
gitationes solas & ipsum liliatum
Regnum semper aut suspexit aut
coluit.

Si Gloriosissima Ejus Facta me-
tior, recordor Martii Illius Pulli,
ALBERTI MARCHIONIS
BRANDENBURGICI, quem
meritò GERMANIÆ ACHIL-
LEM ob Illustrissima Gesta nomi-
nant; Hujus vestigia ita sectatus est

HEROS NOSTER INVICTISSIMUS ut bellica Illius Virtus & AUGUSTUM NOMEN ab ortu Solis ad occasum usque diffundatur; Pacatis initiò atque sedatis omnibus, quæ inquietabant ejus Regiones, & acqvistò Borussiae Ducatu, Pomeraniam à Syecis eam possidentibus postulabat; Quippe quæ defunctis suis Ducibus ex pacto CONFIRMATIONIS, ut loqvuntur Juris Interpretes, ipsi debebatur. Hi cum cedere denegarent, coepit ad galeam ensemq; respicere & ferro poscere instanter, quod Justitia ipsa tribuebat; Mutabat tamen paulo post Ipsius animum amor ineffabilis in patriam, qui faciebat, ut iram justissimam mitteret, remitteretqve nonnihil de jure suo; Anxiè enim exoptabat pacẽ continuò bellorum strepitu defatigata

ta Germania ; Hanc Princeps Clementissimus redimebat amplissimis ditissimisq; Regionibus, quas DEus & Justitia Ipsi concesserant ; Tradebat Svecis Pomeraniam anteriorem ; Tradebat Rügensem Insulam, vel damnò proprio Imperii Romani indemnitatē quærens : Quod locò illarum opulentissimarum ditionum Principatum Mindensem atqve Halberstadiensem Ei concedebat, destinabatqve præterea Magdeburgensem Archi-Episcopatum, qui & ultimò Administratore suo mortuo solenne sacramentum Fidei octogesimo seculi labentis anno ipsi præstitit. O admirandam Principis prudentiam ! Qui in Tragoediam planè intricatam veniens spirantes sanguinem civilem animos, divinâ quâdam moderatione temperandò gladios & arma bonitate suâ fregit.

D

Mi-

Mitigaverat ita penitus iratos
hostium animos Candidissimæ
Virtutis PRINCEPS, pacemq̄ve
redonaverat Germaniæ, ut terra-
rum orbis crederet, direntas omnes
nunc contentiones esse; Sed non
diu fruebantur homines tranqvil-
litate illâ: Brevi enim iterum audi-
tæ tubæ Martiæ Poloniæ denunci-
antes novas lites; Minabantur Sve-
ci huic Regno ingentes clades, qui
non infelici armorum successu illud
jam invaserant: Turbulentus iste
Status Nostrum etiam Heroëm in
campum provocabat; Labora-
bat simul pro Borussia suâ, quam
contra belli incendia suâ protege-
re fortitudine volebat, cum omnia
in viciniâ arderent. Nec deerat for-
tuna conatibus tam generosis: Sin-
gulari etenim prudentiâ eo rem re-
digebat, ut Supremam hujus Du-
catus Potestatem obtineret, cum
be.

beneficium antea Poloniæ esset.
Inierat primo foedus cum Sveco-
rum Rege, quod fortunam Ejus
crescere quotidiè videret in hoc
bello; Stabat ergò strenuè ab Illius
partibus acerrimèqve dimicabat:
Convenerant aliquando nonagin-
ta Polonorum millia, Tartarorum-
qve quadraginta millia, quæ gran-
dis Barbarorum moles ferè omni-
bus injecerat horrorem; Sed quid
NOSTER? Ille, quem nihil facile
ad timorem commovere potuit,
conjungebat copias cum cohorti-
bus Svecorum, hostibusqve mili-
tum triginta millia opponebat, qui
ardore indefessò exercitum tan-
tum profligabant; Tremebat tota
mox Polonia victoriam insignem
obstupescens, eoqve jam dum in-
clinabat, uti Sveciæ caput suò quo-
qve Diademate coronaret; Ve-
rum

*Sors rerum domina omnium
Non usquam stabili fixa manet pede.
Sed Vultum quotidie innovans
Infirmisq; rotans omnia flexibus
Alternas variat vices.*

Meditabatur illa ictum inter medias blanditias, & mox Svecis auferbat omnia, quæ ante dederat; Expergiscebantur etenim Polonia vicini, qui tantæ Svecorum potentia inpatientes conjunctis illos appetebant viribus; Quod cum videret NOSTER, & multa insuper à Svecis fæderi contraria intelligeret, valedicebat illis, pristinamque cum Polonia Rege restaurabat amicitiam, qui in duraturæ amicitia pignus supremum Ducem Borussiae pronuntiabat illum; Augebat porro hunc Ducatum tribus per quam lautis præfecturis, Laenburgica, Bütavia atque Lebia, ut ita maximum his turbis caperet emolumentum.

Ex

Exacerbati hâc familiaritate
Svecorum animi erant tantopere,
ut nunc Polonia expulsi in Boruf-
siam Electoralem molirentur im-
petum; Audiens hoc **NOSTER**,
coepit statim nominis sui & causæ,
propter quam accepisset purpu-
ram, meminisse; Magnitudine ani-
mi Regum nemini inferior prope-
rabat ad auxilium ferendum suis, il-
losqve brevi tempore in suis Re-
gionibus coecidit, quibus furor ar-
ma ministraverat; Nec conten-
tus tantô eqvidem successu ulteri-
rius in ipsas hostium provincias
progrediebatur; Adeò ibi erat vi-
ctoria in proclivi, ut præter auden-
di invadendiqve consilia & unius
pugnæ laborem vix fortitudinis
experimentum reliquerit fortuna.
Nimirum ita perterruerat hostes
præcipua in omnibus **PRINCI-
PIS NOSTRI** fortitudo, ut & Da-
E niæ

niæ Regnum penitus relinquerent,
quod pariter in extremas jam rede-
gerant angustias.

Ut debellare hostes maximæ
virtutis est, sic non minimâ felicitate
Principes beantur.

Si mediam laurum pacis oliva secet.

Hoc benè advertebat **NOSTER**,
in mediò armorum cursu pacem
Germaniæ nutantem præferens
atque confirmans. Romani enim
Imperatoris Principumque alio-
rum intercessione, & ardentissimis
patriæ suspiriis emolliebatur cle-
mentissimus illius animus, ut inju-
riarum omnium oblitus pacis fœ-
dera cum hostibus celebraret; Et
hæc palma unica vincit vel omnes
laurus & triumphos cum Duces
Potentissimi utilitatibus postpo-
nunt publicis affectus suos, compe-
scuntque cupiditatem vindictæ, qua
nihil est in pectoribus humanis ve-
he-

hementius, aut quod Rectorem æ-
grius patiatur.

Sed neque hæc pax subsistebat
firmiter, quæ ex **PRINCIPIS NO-**
STRI sinu iterum prodierat; Non
poterat enim esse sine luctâ, qui ad
res magnas natus erat; Expecta-
bant ipsum novi jam in Belgio tri-
umpho, in cuius viscera ferrô & igne
crudelitas Gallorum sæviebat; Imò
tanta extitit audacia eorum ut et-
iam non nullas Cliviæ occuparent
Urbes, ac ita **ELECTOREM NO-**
STRUM maxime offenderent;
Hic & manu & consiliò strenuus
cum Romanò Imperatore; Rege
Danorum unitisq; Belgii provin-
ciis aliisque Imperii Romani Stati-
bus fœdera faciebat primum, qui-
bus obfirmatis tantâ hostem forti-
tudine aggrediebatur, ut ex occu-
patis Cliviæ monumentis cedere
ac in Westphaliam recedere cogere

retur. Atque ita Belgium etiam
à feroci illâ grassatorum turbâ si-
mul liberabatur, quæ tam improvi-
so civitates suas turbine circumfe-
debat.

Ad id temporis Dux Gallici ex-
ercitus **TURENNIUS** erat, quem
in Westphaliam festinantem con-
comitantibus cæsareanis militibus
NOSTER persequebatur; Provo-
cabat illum sæpius ad pugnam, sed
semper recusabat aciem, nil inte-
rim quam cœdem, rapinas & in-
cendia intentans; Quas furias adeo
abominabatur **HEROS MAGNANI-
MUS**, ut suis sub pœnâ capitis prohi-
beret, ne quis immania ac tetra faci-
nora Gallorum imitaretur; Scribe-
bat præterea Ipse ad Turennum:
Ne farii Prædonis non Ducis belli-
ci esse omnia devastare. Accide-
bat interim ut quidam transfuga
VILLENOVIVS nonnulli ex mini-
stris

stris Electoralibus polliceretur: Se
Turennum vel venenô vel modô
aliô occifurum. Veruntamen hoc
è Diametrô adverfabatur perfe-
ctissimæ virtuti NOSTRI PRINCIPIS.
Qvi execrandam hanc proditio-
nem detestans statim ad Turen-
num buccinato rem misit, qvi ipsum
præmoneret, ut à proditore indi-
catô sedulô caveret sibi; Quo faci-
nore æternum suæ Magnanimita-
tis testimonium reliquit orbi uni-
verso, & eandem meruit quam Se-
natus olim Romanorum laudem,
cum Epirotarum Regi Pyrrho pa-
tesceret, Archiatrum paratum ad
venena medicamentis imiscenda.

Tandem cum quotidiè decre-
scent Cæsareani milites, & vix
amplius sex millia numerarentur,
unitæ etiam provinciæ non solve-
rent subsidia, quæ singulis suppe-
ditare mensibus promiserant; Ve-

F ne-

nerat vicifim in ſpem pacis afflictis-
ſima Germania, quod Noſtrum
cum Galliâ de pace tranſigentem
intelligeret. Sed hæc Imperio Ro-
mano minus fida quieſcere haut diu
poterat, brevi temporis intervallô-
ingenti militum numero Duce ite-
rum Turreniô Palatinatum ob-
ruens. Penetraverat jam hoſtis
in Episcopatum Herbipolitatum,
& vicinus Rotenburgo Mergen-
theimium pervenerat; Convenie-
bant ad tantam arrogantiam pu-
niendam membra Imperii univer-
ſi, ita, ut nullus ex Proceribus illius
eſſet, qui ad reſiſtendum laboranti-
bus non contuliſſet vires; Referva-
rat ſibi Noſter in tranſactione illâ,
quæ paulò ante inter ipſum & Gal-
lorum Regem interceſſerat, ut ſi
forte contra Germaniam Francia
quid impoſterum molitura eſſet,
ſibi liceat ſuccurrere armis; Qua
pro-

propter rupto à Gallis pacis Fœde-
re, & Ille in campum prorumpe-
bat, ac cum imprimis Trevirensis
ac Heidelbergensis Elector opem
suam assiduè sollicitarent, accelera-
bat ad defensionem horum sele-
ctissimum exercitum securitatis
publicæ acerrimus Propugnator;
Secundabat ibi etiam fortuna adeo
victoria illius arma, ut TURENNI-
UM alterum Hannibalem depelle-
ret secunda vice, & repelleret in
Lotharingiam; Qui fortunati suc-
cessus non solum munitissimas Al-
fatix urbes, sed & Burgundiam ape-
riebant ipsi, quam occupare in pro-
cinctu erat. Sed avocabant Ipsum
desideria ac querimonix suorum,
qui domi premebantur interim,
dum ipse liberabat pressos. Galli
Illum suis ut limitibus averterent,
semper astu magis, quam fortitudi-
ne bellare soliti, Svecos instigave-
rant,

rant, ut in vicinas illius ditiones ir-
ruerent. Pervagabantur itaque
finitimas Regiones, & tanto undi-
que furore græffabantur, ut magna
in totò Electoratu formido atque
solicitude esset. Quod cum ad au-
res DIVI PRINCIPIS allaberetur,
quamvis tum cœli facies inprimis
turbida semper minax ac irata es-
set, non tamen detinebat ipsum
cœli intemperies; Sed dies noctes-
que properabat, ut suis & consilio
& auxiliò adesset. Largiebatur Illi
Numinis clementia tantam in o-
mnibus prosperitatem, ut pristina
illa Cœsaris Gloria: VENI, VIDI,
VICI, in Ipso redeunte revivisce-
ret; Tanta enim celeritate appro-
pinquabat, ut victi hostes nescirent
initio, à quo nam victi essent; Con-
traxerat eqvidem postremò non
procul Havelbergâ tria millia mi-
litum Comes WRANGELIUS,
pe-

penesquem tum summa belligerendi consilia erant; Verum hunc ita excipiebat **NOSTER**, ut pauci admodum de suis in Sveciam reverterentur; Mirabile omnino visum erat undique fugatos hostes cædi, & more armentorum protinus sub jugum mitti.

Adeò mutata erat rerum facies, ut, quem antea quæsierant hostes, ab ipso se nunc quæri, querebantur; Bellum enim in Pomeraniam transferebatur Regiam, quæ ita **NOSTER** suæ fortitudinis fulgure perterrefecerat, ut brevi ad illius pedes attonita procideret. Est adhuc in recenti omnium memoriâ, quam animosè non solum, sed consideratè etiam sapienterq; paucos ante annos totam illam Regionem omni rerum copiâ abundantem expugnauerit; Nullum ipsi fortalitium resistere, nullum tam

G na-

naturâ quàm arte firmatum muni-
mentum; Corruere Urbes, conci-
dere oppida: Quicquid sponte se
non dedidit, adactum ferrô atque
ignibus; Testes fortitudinis locu-
pletissimi Sedinum, Anclamum &
Stralsundia: Hæc sunt illa propu-
gnacula, quæ **PRINCIPIS NO-**
STRI fulmina perhorruerunt, hæc
sunt illa monumenta fortitudinis &
gloriæ, ubi virtus immortalitatem
HEROI BRANDENBUR-
GICO cessante jam invidiâ para-
vit; Cum enim dedere se nollent,
statim aderant in promptu ballu-
starii tormentis quatientes mœnia
& plumbeis terrentes pilis, ut o-
mnia ploratibus incolarum, mo-
rientum ejulatibus, ruinis ædium,
fragoribusque tectorum circum-
strepentium implerentur; Quibus
calamitatibus mota demum atque
perterrita, cum aperirent portas,
tan-

ta in omnes cives à clementia suâ
beneficia proficiscebantur, ut ab in-
vitis quoque amorem extorqve-
rent.

¶ Erat NOSTRO ad res magnas
oppidò divinitus adjuncta fors, ut,
quicquid ageret, ex voto & animi
sententiâ ut plurimum perficeret;
Ita omnia sibi subjugaverat, ut
nullus Svecis ad resistendum su-
peresset locus Et horum audaciam
fors nunc ferio castigare coeperat,
rata advenisse illud tempus, cum &
punienda eorum protervia & ar-
mis frangenda pertinacia esset. Ten-
tabant illi refarcire damnum inva-
dentes Borusiam; Sed quam pri-
mum acceperunt advenire Incly-
tum Heroem nihil magis quam ef-
fugere periculum optabant, quod
cervicibus tunc impendebat; Non
autem vitare poterant justissimam
illius iram & avertere interneci-

vam cladem fuga; infectatus enim illos fugientes denuo conseqvebatur, quorum trucidabat multos, reliquos omninò dissipabat.

Victor nunc revertebatur in Electoralem suam sedem, qui tot labores hactenus susceperat, tot discrimina adierat, totiesqve de vitâ & fortunis omnibus dimicaverat; Excipiebat ea Ipsum summis honoribus & trophæis nitidissimis, Quiescens ibi post labores exantlatos paci & tranquillitati acquiescere incipiebat, ut belli calamitatibus exhaustæ regiones demum respirarent; Quam denique & universæ patriæ impertiebatur, ut nescias an Ejus in bello gerendo fortunam, an verò clementiam in impertientiâ pace magis celebres; Consecrabat enim omnia quæ occupaverat, salutis publicæ, Svecisqve Pomeraniam restituebat, solâ, ad exemplum

plum magnorum Ducum, gloriâ contentus; O ingentem atqve invictum animum! Qui cum hostes superasset, eisqve omnia, quæ in Germania possidebant, abstulisset, eos tunc quoque bonitate vincere, clementiaqve triumphare maluit. Ascenderat **HEROIS NOSTRI** virtus ad summum laudis & honoris apicem, ut summi undiqvaqve Principes confluerent, ejusqve amicitiam desiderarent, qui perpenderant arcana ejus consilia, prudentiamqve in foederibus faciendis rectè trutinabant; Meruit idqve propter **AUGUSTI ELECTORIS** nomen; Cum sub ejus regimine in tantum creverit Domus Brandenburgicæ potentia, ut ad perfectionem nil relinqueret.

Amplissimus mihi pateret campus, A. O. O. H. quem factis illustris-

H

stris-

strisſimis à **DIVO FRIDERICO
WILHELMO** occupatum laudi-
bus decurrerem; Sed cum referre
omnia haud poſſim, nedum de-
ſcribere ac exornare, id ſaltem ad-
huc addo, quod tandem Ejus glo-
riæ Europæ non ſuffecerit, ſed illa
demum in extrema Orbis terra-
rum parte quæſierit ſedem; Po-
ſteaquam enim Ipsi cum Catholi-
co Hiſpanorum Rege de ſubſidia-
ria debitorum ſummâ intercederet
contentio, non ſolum naves pre-
tioſiſſimis repletas mercibus ipſi
talionis jure adimebat, ſed claſſem
etiam mittebat in Gvineam cele-
brem Aurifodinis, quæ oras ali-
quas iſtius regionis occupavit fe-
licifſimo ſucceſſu, æternumq; for-
titudinis erexit ibi monumentum;
Quem unquam de Proceribus
Germaniæ fors ita extulit? Quem
unquam ita habuit in delitiis? Vi-
de-

detur mihi & virtutem & fortunam indiffolubili nexu sibi devinctam habuisse, cum fere nihil magni ad exoptatum finem potuerit perducere, nisi sua **NOSTER** arma adjungeret omni omnium prædicatione major: Nondum **BUDA** forsitan Turcarum faucibus erepta esset, nisi copias Ille suas demum admovisset; Nondum tantis contra infestissimum hunc Christiani nominis inimicum Poloni lætarentur progresibus, si non ab illorum partibus stetit, **ELECTORIS BRANDENBURGICI** fortuna atque fortitudo. **O HEROEM** omnem mortalitatis admirationem excedentem! Sic enim jure appellare Eum videor; **Qui** omnes omnium ætatum vel æquavit, vel multos sæculi præsentis Principes sine ullâ controversia superavit.

H 2

Nun-

Nunquam fera posteritas Ma-
gni Tui Nominis, PRINCIPUM MA-
XIME, obliviscetur, cum ita virtus
Tua perfectissima in toga atq; sa-
go radiaverit, ut quisque ad nito-
rem ejus obstupesceret; Tu omnes
MAJORES Tuos factorum magni-
tudine vicisti; Tu tuarum gloria
virtutum Tui claritatem generis
auxisti; Tu maritimo devictos ac
terrestri prælio in fugam vertisti;
Tu manu sæpe mediocri hostium
ingentes profligasti copias; Tu
consilio non minus quam gladio
rem gerens furentes adverfario-
rum retardasti impetus, conatus
cohibuisti, audaciam represisti;
Per Te factum est, ut non ampli-
us miremur magna hæc, quæ ma-
gna dixerat antiquitas cum mino-
ra longè iis quæ abs Te perfecta
sunt, cernamus. Si quod in Ger-
mania munimentum potest dari,
si

si quod propugnaculum, quod nec
Ballista frangat, nec aries commi-
nuat, nec evertat Catapulta, næ
hoc in Tuò Animò virtutibus con-
gestò ex ædificatum aut ingenio-
sius effectum fuit; Hic enim tam
fortis atque constans semper erat,
ut pro aris & focis vitam exponere
nunquam dubitares, & tua sponte
Te maximis semper periculis ob-
jectares; Per quadraginta novem
annos floruerunt sub tuò tutami-
ne tam multæ Regionēs, quæ
COMMUNEM PATREM PATRIÆ Te
nunc deplorant, & excruciantur
acerbissimè discessu tuo; Universi
ordines & incolæ sunt Tuâ morte
tanquam fulmine percussi, quis-
que Te humanis rebus exemptum
totò animò turbatus & confusus
dolet; Et quis non plangat? quis
non ingemiscat? Illum jam amisi-
mus, Quem Orbis hæctenus suspe-
xit

xit veluti benignum atque salutare instrumentum cœlitus demissum, ut seculo everso subveniret & afflictis rebus mederetur.

Immedicabile profectò vulnus esset, quod dura fata nobis inflixerunt, ac in conclamatione rerum statu Respubl. versaretur, nisi NOVUM nobis oriretur SIDUS, quod tantas tristitiæ publicæ tenebras discuteret. Ad Tuas ergo aras jam humillimè pervolvimur Magne Princeps FRIDERICE III. ! Qui prima spes es tanti nominis, delitium & amor populi, ingensque pignus ac depositum; Tu nobis jam ades PATRIS SUCCESSOR ET HÆRES salutis omnium in cunis jam devotè; In quò non tantum viva imago PATRIS, sed etiam pietas, fortitudo, prudentia, justitia provinciarum votis se præsentant; Tolle nobis, tolle O SOL NOVE noctem illam
lam

lam ! quam inopinatus obitus
PARENTIS induxit , redde lucem
cæliganti patriæ, & mœroris publi-
ci in visam tempestatem in optatis-
simam serenitatem commuta; Re-
cipe orbatas Regiones in tutelam
Tuam ! & qui dudum regere didi-
cisti, iustoq; omnia in Republ. æsti-
mare pretio, ad earum emolumen-
tum respice clementer, & potenti
dextera tuere ! Tu Ille audis, cujus
vita tantopere bonis omnibus o-
ptabilis est; Cujus salute magnâ ex
parte tranquillitas Orbis terrarum
continetur, Cujus ex hilaritate pu-
blica felicitas dependet. In Te
Summa omnia nunc erunt , ut,
quemadmodum apud Athenien-
ses sacra navis, quam Paralum vo-
cabant, olim reservabatur ad rem
maximi momenti: Sic virtuti Tuæ,
prudentiæ, ac moderationi illa
committentur, quæ impedita & di-

lapſa revocanda ſunt in integrum;
Beet Te omnis deſiderata felicitas!
PRINCEPS OPTIME, Quem
ſummâ animi Elegantiâ præditum
fortuna **ELECTORIS** titulô inſi-
gnivit: Servet Te Deus, tardam-
que illam diem eſſe jubeat, quæ la-
bentibus mortalis ævi ſpatiis po-
ſitura metam in eam Tui partem,
quæ mortalises, juſ ſuum exercebit;
Soſpitet ille **SERENISSIMAM**
CONJUGEM, MATREM
PATRIÆ EXOPTATISSI-
MAM, ut quam ſæpiſſimè Tuis
terris **NOVA LÆTITIÆ PUBLICÆ**
ARGUMENTA pariat! Soletur cœ-
li gratia **MOESTISSIMAM DI-**
VI ELECTORIS VIDUAM;
ET UNIVERSÆ DOMUI
perennitatem addat ſempiter-
nam! Exaudi ſummum Numen,
quod conceptis verbis rite vo-
veo ac ſuplex rogo! Ne finas, ut in
SSan-

Sanctô Domiciliô hōc tuô, adhas
 tuæ æternitatis aras vanus Vates
 stetero ! Largire **FRIDERI-**
CO III. felix & auspdatum im-
 perium & tua bonitate mala o-
 mnia ab Ejus regionibus averte !
 Sint tranqvilla omnia atqve paca-
 ta sub regimine illius fileant cala-
 mitatum procellæ quiescant hostes
 invidia obmutescat, in quo &
 ego **OBMUTESCO.**



K

Ju-



JUVENI
CLARISSIMO ATQVE PEREXIMIO
DN. FRIDERICO AUGUSTO
LÜEDECKEN, HALA-SAX.

S. à S.

Vam nuper in Templô Arcis
nostrô in Panegyri solenni recitasti Ora-
tionem funebrem, FRIDERICE AU-
GUSTE SVAVISSIME, in obitum & memo-
riam Principis Maximi FRIDERICI WILHEL-
MI Electoris Brandenburgici &c. Eam Te præ-
lo nunc committere dixti. Ego vero non pos-
sum non auctor Tibi esse, ut peragas coeptum:
qvô & pietatem erga Patriæ Tuæ PATRES, re-
rens defunctum gloriosissimæ recordationis,
cujus laudes celebras; & Successorem Serenissi-
mum, cui de adepto Sceptro gratularis, probas:
& qvos in Eloqventia ac humanioribus studiis
profectus hæctenus feceris, luculentum argu-
mentum publicè exhibes. Hisce enim artibus
instructus cum sis, postquam ad Themidos no-
stræ castra transiisti, non ex vano fore, qvem Pa-
renti Opt. inde ab Academicâ vitæ consuetudine mihi
cognito ex felicitate ingenii Tui auguratus sum, stu-
diorum Tuorum eventum cumprimis, si paternas vir-
tutes reliqvas adjunxeris, planè confido. FIAT! Scrib.
Wittebergæ in Jul. cl. l. c. LXXXVII.

T.

omni studio & affectu
W. LEISERUS, D.



ORATIO,
 DIVÆ MEMORIÆ,
 SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
 PRINCIPIS AC DOMINI,

DN. FRIDERICI
 WILHELMI
 MARCHIONIS
 BURGICI, S. ROM.
 CHICAMERARII ATQ.
 PREMI BORUSSIÆ, MA
 CLIVIÆ, MONTIUM, SEI
 CASSUBIORUM, VANDAL
 CROSNÆ ET SVEBUSII
 NORIMBERGENSIS, PR
 DII, MINDÆ ET CAMINI,
 ZOLLERN, MARCÆ I
 DOMINI IN RAV
 ENBURG, ATQ.
 &c. &c.

IN ACADEMIA W
 HAB
 FESTO SS. TRIN
 CATHE

FRIDERICO AU
 HALL. SAX.

WITTEBERGÆ,
 Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.
 ANNO CHRISTI MDC LXXXIIX.



88

19

